



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CCCLII. Der Magdeburger Domherr Bernhardi kauft vom Domcapitel in Brandenburg dessen Haus, am 25. Jan. und 2. Febr. 1384.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

dinge gaf ick Arndt schulte katherinen Heine Bremers wedewen met demseluen rife so uele Erues an der haele vnd watere vp. Dun gaf dy katherine Heine Bremers wedewe my einen wetepennig vnde gaf ses penninge tu vpart vnde fouen schepen penninge, dry winkoppennige vnde eynen fredepennig. Darna tu hant in demseluen gehegeden gedinge gaf dy kathrina Heine Bremers wedewe dy vorschreuen hauellen vnd watern vor my vnde vor den Schepen vnde buhren vp met demseluen ryse Ern Hentzen profte vp sin vnde des Capittels tu Brandenburg behuf. Dunne gaf diselue kathrina asuart alse to uor. Tu hant darna in demseluen gehegeden dinge gaf ick arnt Schulte die haele vnde watere mit dem ryse vp hern hentzen profte tu finer vnde tu des Capittels tu Brand. behuf. Dun gaf here Hentze profst wetepennige, vpartpennige, schepen pennige, wincoppennige vnd vredeppennige alse vor, vnde ick wrachte en frede aldar ouer van gerichtes haluen. Hir bi sind gewest die Duchtige man Betke van hakenberg wonestich tu Markede, Claws Mewes wonastich tu Markowe, Peter Hermens, Henneke Tacke, Peter Glindemann vnde Jacob Gortzig Borgere in der nienstad tu Brandenburg vnde mehr guder lude.

Nach dem alten Brand. Copialbuche.

CCCLII. Der Magdeburger Domherr Bernhardi kauft vom Domcapitel in Brandenburg dessen Haus, am 25. Jan. und 2. Febr. 1384.

Ego Nicolaus Bernardi, canonicus apud S. Nicolaum in novo foro Magdeburg. presentibus recognosco, me emisse curiam honorabilium virorum, dominorum prepositi et capituli ecclesie Brand. juxta continentiam literarum suarum, quarum tenor sub meo sigillo sequitur in hec verba: Hentzo prepositus et capitulum ecclesie Brand. attendentes quod curia nostra in Magd. sita prope eam curiam, in qua est capella beati Georgii martyris propter nostram minus continuam inhabitationem in libertatis et juris sui defensione ac edificiorum nunc in ea existentium in esse conservatione et melioratione, habita super hoc deliberatione diligenti, honorabili viro, domino Nicolao Bernardi, Canonico apud S. Nicolaum in novo foro Magdeburg, de cujus legalitate plenam in domino gerimus confidentiam, quod eam in singulis prescriptis debeat utiliter et laudabiliter conservare et gubernare, pro decem marcis Brand. argenti Magd. ponderis, nobis per ipsum solutis in utilitatem nostre ecclesie converfis, vendidimus ad vitam duntaxat suam possidendam et habendam, ita tamen, quod, quando nos vel alter nostrum pro tempore ecclesie nostre prepositus seu alie nostri capituli persone cum suis servitoribus, equis et curribus venerimus in ipsa curiam, commodo camenate super cellarium et novi estuarii parvi juxta eam camenatam et stabuli equorum juxta necessarium in dicta curia ac aliis commodis necessariis pro eorum servis seu familia honeste et decenter perfruamur et nobis extunc pro pecunia nostra in expensis providebit, post ejus vero obitum eadem curia ad nos et ad ecclesiam nostram cum omnibus edificiis et meliorationibus suis sine consanguineorum vel affinium suorum nec non quorumlibet aliorum impetitione et contradictione libere revertetur. In omnium premisorum testimonium etc. Datum Brand. anno domini M^o. CCC^{mo}. LXXXIII. die conversionis beati Pauli apostoli. Datum Magd. anno domini, M^o. CCC^{mo}. LXXXIII. die purificationis beate Marie virginis meo sub sigillo presentibus appenso.

Nach einer Copie im ältern Copialbuche.